

dit ad illam : *Omnis qui ex aqua ista biberit, sitiet iterum : qui autem biberit ex aqua, quam ego dedero illi, non sitiet in æternum ; sed erit fons aquæ salientis in vitam æternam.* Ergo non sitierat accipere, sed dare, qui divinam (1) promittendo dedit. Ita ut relicta hydria sua mulier, oblita sitis veteris, Samaritæ cæteris Samaritanis adventum ipsius prædicaret. Hoc sitiebat Dominus docere mulierem, quam jam sciebat esse paratam : non aquam terrenam petens, sed ex petitione dans aquam vivam, quæ fontem fecit salientem in vitam æternam.

XXVI. Sitivit iterum in cruce Jesus, et exclamavit : *Sitio.* Sed causa sitis ejus hæc fuit. Crucifixerant eum, nec tamen sic erant satiati : adhuc habebant peccare : et cum in pœna positus etiam malis hominibus communis naturæ affectus misericordia debeat, huic, cujus in curandis infirmitatibus beneficia senserant, quemque sine crimine appetissent, contra naturalem misericordiæ motum etiam post crucem insultabant ; in tantum impleti spiritu furoris, ut sitientem potarent aceto. Et qui prompto animo passionem suscepit, nec hoc invitatus accepit : et quantum illi audaciores ad inferenda supplicia, tantum ille ad suscipiendam injuriam mitis : quorum malitiæ opera aspiciens necdum esse completa, exclamavit : *Sitio.* Qui ad cumulationem injuriæ, acetum dederunt : non tamen ipse ut acetum ingereret, provocavit ; sed quod illi ei dederunt, sponte suscepit. Talis Domini sitis. Denique accepto exclamavit : *Consummatum est. Et continuo reddidit spiritum.* Dormivit etiam Jesus, non somno victus ut videretur, sed ut esset ordo virtutis faciendæ. Dormivit enim ut incitaretur mare, ut discipuli timentes postularent auxilium, ut impleretur prophetia David quæ in centesimo et sexto psalmo pronuntiabit dicens : *Annuntientur opera ejus in exultatione. Qui descendunt mare in navibus, qui faciunt questum in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini et mirabilia ejus in profundo.*

(1) Vel intellige aquam, vel scribe divina.

Dixit et stetit spiritus potestatis, et exultati sunt factus ejus. Quod autem is dispensationem omnem, ita gerendo, compleverit per mortem, ascensurusque esset ad cælos, illico (1) subjunxit dicens : *Ascendit usque ad cælos, et descendit usque ad abyssos.*

XXVII. Et hoc tamen licet a divino spiritu dictum credendum est ; tamen, ut cætera, etiam hoc physicis rationibus paucis comprobemus (2). Liberatos a morte passione dominica nos iterum ad immortalitatis statum perduxit ; ac nos prius cælesti impares, nunc cælestibus sociavit. Quibusdam tamen hoc videtur injustum ; non quia non potest Deus, sed quia justitiæ suæ non convenire videatur, cum protoplastum culpa adhuc vacuum et a crimine alienum, paradisi tantum dominum præstitisset, hoc donum Dei competens judicando ; nunc post peccatum offensionemque revocato, cum non esset parum ad id rediisse quod fuerat, et cælestia regna concesserit. Quod tamen justissimum comprobatur. Si enim prius gratia sua, nullis devotionis officiis promerenti, paradisi sedem homini concesserat ; utique nunc contra impatientiam carnis ac desideria iniquitatis jam mota, contra mundi principem et potestates ejus repugnantem, sæculo calcato ; cæleste præmium oportuit repensare ; ut et is qui, imitando Deum, vitam divinam in terris habuit constitutus in corpore, cum eodem corpore jam immortalis facto cælos habitaret, jam terrenis sublatis. Deinde ad hujus muneris causam illud accedit, quod dignum est carnem hominis cælis inferre, cujus habitator Deus esse dignatus est : nec potest videri hominem contra meritum factum esse incolam cæli, cujus vaginam non dedignatus sit spiritus ipse Deus : justumque fuit corpus, in quo Deus habitando, terram visitare dignatus est, per quod particeps nostri ad immortalitatem genus nostrum perduxit, etiam in cælestibus collocare. Ubi namque Dei habitatio esse debet, nisi in regno Dei ? Ubi autem regnum ejus nisi in cælis ?

(1) Codd. loco.

(2) Codd. comprobamus.

ANNO DOMINI CCCLVI-CCCLVII.

OSIUS

EPISCOPUS CORDUBENSIS.

PROLEGOMENA.

NOTITIA HISTORICA DE OSIO EPISCOPO CORDUBENSI.

(Ex Galland. Prolegomen., caput x.)

Osius, gente Hispanum, ecclesiam Cordubensem in provincia Bœtica per annos ferme septuaginta rexisse compertum habemus. Innumera prope sunt Osiæ elogia, quæ apud veteres exstant. Eusebius (1) :

(1) Euseb. De Vit. Constant., l. III, c. 7.

« Vir fuit, inquit, multo omnium sermone celebratus, » ὁ πάνυ βοώμενος. Neque aliter Theodoritus (2), cui dicitur « omnium longe clarissimus senex » πάντων

(2) Theodor. Hist. eccles., l. II, c. 15.

μάριστα περιφανής ὁ γέρον : adeoque (1) tum ob ætatis A prærogativam, tum ob confessionem fidei, tum ob tot ac tantos exantlatos labores honore ac reverentia dignus. » In eandem sententiam synodi Sardicensis patres (2) « maxime venerabilis senectæ Osium prædicant, qui et propter ætatem et confessionem et tanti temporis probatam fidem, tantum laborem id ætatis pro Ecclesiæ utilitate sustinuit, ut omni reverentia dignissimus habeatur. » Sed ut omnia complectamur, Athanasium audiamus (3) : « De magno ac felicitis senectutis viro et confessore, re vera Osio, loqui supervacaneum fuerit... Haud enim obscurus, sed omnium clarissimus ille senex est. Quæ synodus enim, cui non ille præfuerit? Quandonam sapientibus dictis suis non in suam omnes perduxit sententiam? Quenam Ecclesia illius patrocinii pulcherrima non servat monumenta? Quis illum mæstus adiit, quin lætus ab eo recesserit? Quis aliquo egens ab eo postulavit, optatumque non abiit consecutus? » Iluc usque Athanasius, cujus præclara verba Theodoritus exscripsit (4).

Porro in iis Athanasianis illud maxime omnium observare placet per Baronium (5), magnum scilicet illum Osium ob singularem doctrinæ ac virtutum præstantiam, admirabilemque in rebus agendis dexteritatem atque prudentiam, inter complura concilia quibus præfuisse perhibetur, in Nicæno potissimum omnium celeberrimo primam sedem Silvestri papæ nomine occupasse, et collegarum quidem legatorum primarium, ut ex Gelasio erudimur (6) : « Ille, inquit, Osius ex Hispaniis, nominis et famæ celebritate insignis. Silvestri episcopi maxime Romæ locum obtinens, ἐπέχων καὶ τὸν τόπον τοῦ τῆς μεγίστης Ρώμης ἐπισκόπου Σιλδέστρου, una cum Romanis presbyteris Vito et Vicentio alii-que permultis in eo cætu consedit. » Gelasio concinunt scriptores alii cum Græci tum Latini. Quid quod satis aperte id quoque adstruit Gelasio multo antiquior Eusebius (7)? Neque enim aliter ejus verborum sententiam accepere Theodoritus (8), Socrates (9) ac Sozomenus (10). Ex quibus intelligas quid sentiendum de Cavei iudicio (11), qui eo insignitum honore fuisse Osium tanquam Romani pontificis legatum, inane Baronii aliorumque somnium veniliter satis appellat. Viro scilicet κριτικωτάτῳ pseudodextri chronicon ejusque enarratorem Bivarium veterum auctoritati præferre libuit. Quo quidem pseudochronico haud impari dexteritate utitur quoque semel iterumque Basnagius (12). Sed revertamur ad Osium.

(1) Theodor. Hist. eccl., l. II, c. 8.

(2) Apud Hilar. Fragm. II, § 2.

(3) Athan. Ap. d. de fuga sua, § 5, opp. t. I, p. 322.

(4) Theodor. Hist. eccl., l. II, c. 15.

(5) Baron. ad ann. 305, § 19 et 20.

(6) Gelas. Cyzic. Hist. conc. Nic., l. II, c. 5.

(7) Euseb. De Vit. Constant., l. III, c. 7.

(8) Theodor. Hist. eccl., l. I, c. 7.

(9) Socrat., l. I, c. 8.

(10) Sozom., l. I, c. 17.

(11) Cav. Hist. litt. ad ann. 316, tom. I, p. 185.

(12) Basnag. ad Prosp. chron., tom. I; Thes. Causs., p. 292 seq.

H. Talem itaque ac tantum virum, confessionis gloria in primis conspicuum, ad suam pertrahere sententiam omni studio apud Constantium adhibito conabantur Ariani (1). Quorum dolis fallaciisque interceptus imperator, venerandum illum ac nobilem senem centenario majorem accivit. Accedentem vero illum rogat Constantius lenibusque dictis hortatur, ut cum Arianis communicet Athanasiumque condemnent. Verum optimus ille senex qui rei hujusmodi vel auditum agre ferret, indignatus quod tale quippiam vel proferre ausus fuisset imperator, virum acriter compellat, verbisque suis perentium de sententia dedit. Atque ita demum rebus integris, in patriam et ad Ecclesiam suam revertitur.

Sed vix dum ille aberat, quum ecce tibi Ariani B quærimoniis repetunt, lamenta instaurant, nullisque non machinis levissimum Constantii animum indesinenter pulsant : qui propterea eorum postulatis acquiescens, litteras minarum plenas ad Osium mittit, ipsumque contumeliis exagitans interminatur pericula, deportationes, supplicia : mox vero iteratis litteris senis animum blande sollicitat. At ille neque impudentium malorum formidine, neque blandimentorum illecebris vel tantillum dimotus, perstat in sua firmis sententia. Quin et imperatori epistolam rescribit constantiæ plenissimam, tantoque episcopo vere dignam : significans præ cæteris se jam pridem sub Maximiano pro Christi nomine passum, paratum esse ad ærumnas quaslibet, ubi quis fuerit, pro veritate perferendas. Et hanc quidem C epistolam quæ una superat, ex magno Athanasio proferimus, egregium plane Osii fidei monumentum (2).

III. At vero ad ipsum a firmo ejus proposito deturbandum semper intentus Constantius, senem anno integro patria extorrem Sirmii detinuit (3). Non solum autem exilio, sed contumeliis etiam, verberibus, plagis eum adficere est ausus (4), neque Deum timeas, neque viri sive canitum sive dignitatem reveritus impius homo. Quibus tandem calamitatibus oppressus, utpote senex et corpore imbecillus, ad horam cessit Ariani, εἶξεν αὐτοῖς πρὸς ὄρον (5); eoque adductus fuit, ut cum Ursacia et Valente communionis societatem iniret, nec tamen unquam in Athanasium calculum ferret. Sed summi lapsus minime neglexit senex : « instante quippe morte, Athanasio teste (6), vim sibi illatam quasi testamento declaravit, Arianamque hæresim anathemate ferit, vetuitque ne quis illam reciperet. » Μέλων γὰρ ἀποθήσκων, ὡσπερ διατιθέμενος ἑμαρτύρατο τὸν βίον, καὶ τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀνεθεμάτισε, καὶ παρήγγελλε μηδένα ταύτην ἀποδέχεσθαι. Neque aliter Augustinus; qui Osium in ecclesiæ catholicæ communionem diem

(1) Athan. Hist. Arian., § 42 seq. opp. tom. I, p. 368, 369.

(2) Id. ibid. § 14, pag. 370, seq.

(3) Id. ibid. § 75, pag. 372.

(4) Id. Apol. de fuga sua, § 5, pag. 322.

(5) Id. ibid.

(6) Id. Hist. Arian. § 45, pag. 372.

dit ad illam : *Omnis qui ex aqua ista biberit , sitiet iterum : qui autem biberit ex aqua , quam ego dederō illi , non sitiet in aeternum ; sed erit fons aquæ salientis in vitam aeternam.* Ergo non sitierat accipere , sed dare , qui divinam (1) promittendo dedit. Ita ut relicta hydria sua mulier , oblita sitis veteris , Samaritæ cæteris Samaritanis adventum ipsius prædicaret. Hoc sitiebat Dominus docere mulierem , quam jam sciebat esse paratam : non aquam terrenam petens , sed ex petitione dans aquam vivam , quæ fontem fecit salientem in vitam aeternam.

XXVI. Sitivit iterum in cruce Jesus , et exclamavit : *Sitio.* Sed causa sitis ejus hæc fuit. Crucifixerant eum , nec tamen sic erant satiati : adhuc habebant peccare : et cum in pœna positus etiam malis hominibus communis naturæ affectus misericordia debeatur ; huic , cujus in curandis infirmitatibus beneficia senserant , quemque sine crimine appetissent , contra naturalem misericordiæ motum etiam post crucem insultabant ; in tantum impleti spiritu furoris , ut sitientem potarent aceto. Et qui prompto animo passionem suscepit , nec hoc invitus accepit : et quantum illi audaciores ad inferenda supplicia , tantum ille ad suscipiendam injuriam mitis : quorum malitiæ opera aspiciens necdum esse completa , exclamavit : *Sitio.* Qui ad cumulationem injuriæ , acetum dederunt : non tamen ipse ut acetum ingererent , provocavit ; sed quod illi ei dederunt , sponte suscepit. Talis Domini sitis. Denique accepto exclamavit : *Consummatum est. Et continuo reddidit spiritum.* Dormivit etiam Jesus , non somno victus ut videretur , sed ut esset ordo virtutis faciendæ. Dormivit enim ut incitaretur mare , ut discipuli timentes postularent auxilium , ut impleretur prophetia David quæ in centesimo et sexto psalmo pronuntiabat dicens : *Annuntientur opera ejus in exultatione. Qui descendunt mare in navibus , qui faciunt questum in aquis multis , ipsi viderunt opera Domini et mirabilia ejus in profundo.*

(1) Vel intellige aquam , vel scribe divina.

Dixit et stetit spiritus potestatis , et exaltati sunt factus ejus. Quod autem is dispensationem omnem , ita gerendo , compleverit per mortem , ascensurusque esset ad cælos , illico (1) subjunxit dicens : *Ascendit usque ad cælos , et descendit usque ad abyssos.*

XXVII. Et hoc tamen licet a divino spiritu dictum credendum est ; tamen , ut cætera , etiam hoc physicis rationibus paucis comprobemus (2). Liberatos a morte passione dominica nos iterum ad immortalitatis statum perduxit ; ac nos prius cælesti impares , nunc cælestibus sociavit. Quibusdam tamen hoc videtur injustum ; non quia non potest Deus , sed quia justitiæ suæ non convenire videatur , cum protoplastum culpa adhuc vacuum et a crimine alienum , paradisi tantum dominum præstitisset , hoc donum Dei competens judicando ; nunc post peccatum offensionemque revocato , cum non esset parum ad id rediisse quod fuerat , et cælestia regna concesserit. Quod tamen justissimum comprobatur. Si enim prius gratia sua , nullis devotionis officiis promerenti , paradisi sedem homini concesserat ; utique nunc contra impatientiam carnis ac desideria iniquitatis jam mota , contra mundi principem et potestates ejus repugnantem , sæculo calcato ; cæleste præmium oportuit repensare ; ut et is qui , imitando Deum , vitam divinam in terris habuit constitutus in corpore , cum eodem corpore jam immortalis facto cælos habitaret , jam terrenis sublatis. Deinde ad hujus muneris causam illud accedit , quod dignum est carnem hominis cælis inferre , cujus habitator Deus esse dignatus est : nec potest videri hominem contra meritum factum esse incolam cæli , cujus vaginam non dignatus sit spiritus ipse Deus ; justumque fuit corpus , in quo Deus habitando , terram visitare dignatus est , per quod particeps nostri ad immortalitatem genus nostrum perduxit , etiam in cælestibus collocare. Ubi namque Dei habitatio esse debet , nisi in regno Dei ? Ubi autem regnum ejus nisi in cælis ?

(1) Codd. loco.

(2) Codd. comprobamus.

ANNO DOMINI CCCLVI-CCCLVII.

OSIUS

EPISCOPUS CORDUBENSIS.

PROLEGOMENA.

NOTITIA HISTORICA DE OSIO EPISCOPO CORDUBENSIS.

(Ex Galland. Prolegomen., caput x.)

Osium , gente Hispanum , ecclesiam Cordubensem in provincia Bætica per annos ferme septuaginta rexisse compertum habemus. Innumera prope sunt Osii elogia , quæ apud veteres exstant. Eusebius (1) :

(1) Euseb. De Vit. Constant., l. III, c. 7.

« Vir fuit , inquit , multo omnium sermone celebratus , » ὁ πάνυ βοώμενος. Neque aliter Theodoritus (2) , cui dicitur « omnium longe clarissimus senex » πάντων

(2) Theodor. Hist. eccles., l. II, c. 45.

c. 9 et 10) formulis adversus Nicænam evulgatis, omnia susque deque miscerent, Julius, ut afflictis rebus consuleret, negotium ad Constantem (Sozom., l. III, c. 9; Theod., l. II, c. 5) detulit. Qui cum Constantio fratri, qui orientem moderabatur (Socrat., l. II, cap. 16), per litteras ut synodus cogere suscipisset: pontificis auctoritate (nam de (Athanas., apol. 2, et ep. ad solit. vit. agen.) præstituti ad concilium temporis angustia nonnulli orientales episcopi eum criminabantur) imperatorumque (Socrat., lib. II, cap. 16; Sozom., lib. III, c. 11) consensu apud Sardicam Illyrici urbem synodus generalis indicitur, Rufino (Athanas., apol. 2; Theod., l. II, c. 7; Socrat., ubi sup.) et Eusebio Coss., anno post obitum Constantini undecimo. Eo convenere (Athanas., apolog. 2) episcopi circiter ducenti octoginta ex occidente, et ex oriente septuaginta sex. Osius (Athanas. ead. apol. 2, et epist. ad solit. vit. agen.; Socrat. et Theod., ubi sup.), Archidamus et Philoxenus Julii nomine præerant. Adfuit (Athanas., loco cit.) et Athanasius cum sociis, ad crimina quorum postulati fuerant, diluenda. Verum orientales Ario pleni, cum intelligerent rem agendam esse sine (Socrat., lib. II, c. 16; Athanas., apol. 2) Musoniano, Hesychio, et Castritio, quorum muniti licitoribus, episcoporum solebant obtinere libertatem: diffusi causæ, et scelerum conscientia consternati, venturos (Athanas., epist. ad solit. vit. agen., et apol. 2) se in synodi conspectum, nisi prius Athanasio et sociis de medio pulsus, palam negarunt. Quod cum Sardicenses patres de innocentibus ac sanctissimis viris, jamquo in Romanam communionem receptis, abnuerent constituere, Arianos quoque iterum atque iterum commonuissent, ut e palatio quo sese (Athanas., ubi sup.) abdiderant, prodirent in medium, flagitia quæ Athanasio intenderant, probarentur; alioquin ipsos reorum loco habendos esse: illi tam incorruptis iudicum subselliis res suas credere non ausi, clam (Socrat., lib. II, cap. 16; Sozom., lib. III, c. 10) Philippopolim (Athanas., ep. ad Antioch.) Thraciæ defugere. Ubi (Sozom., lib. III, c. 10) nova fidei formula, velut ad explendum quod Nicænae decrat, edita, damnarunt Homousion; adversus Athanasium et socios sua decreta confirmarunt; Julio, Osio, cætorisque Athanasii fautoribus edixerunt anathema, et episcopale nomen (S. Aug., lib. III cont. Crescon., c. 54, et epist. 265) abrogarunt. Quæ omnia quo plus haberent auctoritatis ac ponderis, ad hæreticorum dolos conversi, tamquam acta gesta in Sardicensi synodo, cujus abutuntur nomine, ad Donatum (Epist. concil. Sardicen., apud Athanas., apolog. 2; et idem Athanas. in epist. ad solit. vit. agen.; Socrat. lib. II, c. 16; Sozom., lib. III, c. 11) tunc catholicæ Ecclesiæ infensissimum in Africa, ut ipsum suis adungerent partibus, perscribere; tametsi ea fraus haudquaquam fefellerit Africanos patres. Nam longo post tempore cum Donatistæ eo concilio, quod coactum fuerat ab Ariani, in suæ causæ patrocinium vellent abuti, continuo B. Augustinus ex iniquissima Julii et Athanasii condemnatione, quæ tamquam in eo concilio facta recitabatur, opus ex Ariana officina prodiisse deprehendit.

Harum rerum (Epist. concil. Sardicen., apud Athanas., apol. 2, et idem Athanas. in ep. ad solit. vit. agen.; Socrat., lib. II, cap. 16; Sozom., lib. III, c. 11) indignitate, et singulari hominum impudentia commoti Sardicenses patres, in eos ut causæ desertores, criminatores piorum omnium, et orthodoxæ fidei adversarios, justissimum anathema conclamant; Stephanum Antiochenum, Menophantem Ephesinum, Narcissum Neroniadis, Theodorum Heracleensem, Acacium Cæsariensem, Ursacium et Valentem ex episcopali gradu dimovent, Gregorium imprimis, qui in Alexandria sedem armatis militibus septus irruperat: Athanasium et socios honorificis iudicium sententiis ac decretis ornatos, suarum iterum jubent ecclesiarum gubernacula capessere. Homousion, Nicænamque doctrinam, ut nullis egentem (Athanas., ep. ad Antioch.) assumentis, sed numeris omnibus absolutam, religiosissimis acclamationibus comprobant: tabellam vero, ac novam formulam, quam adversarii finxerant, et nomine synodi Sardicensis ediderant, ut adulterinam ac supposititiam abrogant, atque rescindunt: viginti denique canones (Nicol. I, ep. XI, ad Photium, et Dionys. Exig., in præfat. canonum) græce et latine in communem Ecclesiæ utilitatem sanciant: omniaque quo ordine gesta sunt, diligenter perscribunt, primum (apud Crescon.) Julio Romano pontifici, cæterisque (apud Athanas., apol. 2) episcopis; ut iis quos Ariani injustissime vexaverant, solatio ac perfugio essent: deinde Alexandrinæ ecclesiæ, cujus tantopere intererat, quæcumque ad Athanasii causam spectabant non ignorare: tum Constanti Augusto, qui (Socrat., lib. II, c. 18) mox per litteras egit cum fratre Constantio, ut (quod et sancta synodus (Athanas., epist. ad solit. vit. agen.) missis ad eum Euphrata Agrippinæ, et Vincentio Capuæ episcopis, rogabat) Athanasio et sociis contra fas et jus omne depulsis suis reddi ecclesias imperaret. Atque hic fuit synodi Sardicensis exitus. Quoniam autem nihil novum, quod ad fidem pertineret, in hac synodo sancitum fuit, nec (Athanas., epist. ad Antioch.) novus fidei articulus explicatus, sed ea tantum novis suffragiis stabilita ac confirmata, quæ patres in Nicæna synodo tradiderant: propterea synodus Sardicensis, licet ex toto fere orbe collecta, semper tamquam pars appendixque Nicæni concilii fuit habita; cum omnia quæ de fide fuerunt definita, ad illius decreta servanda referantur. Inque licet hæc synodus altera fuerit a Nicæna, tamen quia non novas suscepit fidei vel Ecclesiæ causas, sed Nicænae tantum fidei tutelam ac patrocinium, et, ut est in concilio Chalcedonensi (Act. XVI), Arianorum reliquias oppugnavit: et quia ipsorum Sardicensium et Nicænorum patrum una fuit sententia, una mens, unus spiritus; idcirco Sardicense concilium Nicæni nomine a multis comprehenditur, quemadmodum urbs ac urbis propugnaculum, una res censeri solet ac nominari. Quamobrem (epist. ad Vict., c. 3) Innocentius et (Carthag., VI, c. 3 et seq.) Zosimus Saruicenses canones appellant Nicænos, ut ex concilio sexto Carthaginensi apparet. Eamdem item ob cau-

sam S. Gregorius (*lib. II, epist. 10*), Isidorus (*lib. VI A etymol., c. 16*), Beda (*lib. de Temp., cap. 65*), et alii patres, cum prima quatuor concilia enumerant, Sardicense, quamvis revera generale, silentio prætereunt, tanquam Nicæno inclusum. Quantam autem hæc synodus auctoritatem habeat, multis validisque rationibus probari potest. Primum enim esse generalem colligitur, tum ex magna episcoporum frequentia, qui ad eam convenerunt, ut apparet ex (*Apolog. 2*) Athanasio et aliis, qui patrum numerum protulerunt: tum quia Julii pontificis maximi auctoritate (*Socrat., lib. II, c. 16*) convocata fuit, ejusque legati eidem præfuerunt. His accedit Constantis et Constantii imperatoris auctoritas, qui omnem dederunt operam, ut episcopi ex omnibus fere provinciis convenirent. Extat præterea Socratis, et (quod majus est) Justiniani imperatoris testimonium, qui in edicto de tribus capitulis hæc verba scribit: Quoniam ex his qui in Nicæna sancta synodo convenerunt, et expositæ ab ea fidei definitioni vel symbolo subscripserunt (1), quoniam postea contra ire sapientes apparuerunt; alii quidem vivi, alii post mortem anathematizati sunt a Damaso sanctæ memoriæ papa antiquioris Romæ, vel ab universali Sardicensi synodo, prout testatur sanctus Athanasius. Hæc Justinianus. Cum autem ipsemet Julius (*apud Athan., apol. 2*) in epistola ad Alexan-

drinos, suam de Athanasio restituendo sententiam a synodo approbatam esse gratuletur, perspicuum est ab eodem approbatam fuisse; præsertim cum Osius et reliqui literas ad ipsum dederint, eundemque (*Sozom., lib. III, cap. 11; Niceph., lib. IX, c. 12*) roga- verint, ut concilii sententiam sua auctoritate confir- maret. Itaque si omnia diligenter perpendantur, ex- ploratum erit, hanc synodum generalem esse, cum nihil ex his quæ ad concilium generale pertineant, in illa desiderari possit. Apostolica etiam sedes Sardi- censi concilio semper honorem habuit: nam et in cor- pore canonum, quo imprimis olim in controversiis ecclesiasticis djudicandis utebatur, Sardicensis cano- nes collocavit: et Leo IV, in epistola ad episcopos Britanniæ, per hujus concilii canones Ecclesiæ dis- ceptationes dissolvendas docuit. Gratus etiam Cartha- ginensis episcopus in Carthaginensi primo concilio idem confirmat, cujus verba hæc sunt: Memini in sanctissimo concilio Sardicensi statutum, ut nemo al- terius plebis hominem usurpet: sed si forte erit ne- cessarius, petet a collega suo, et per consensum ha- beat. Quod in Sardicensi concilio, can. 15, decretum est. Et Nicolaus primus in epistola 4 Rhotadi causam hujus synodi auctoritate composuit: et epistola ad clerum Constantinopolitanum ab omni ecclesia Sar- dicensi concilio receptum esse testatur.

OSII SENTENTIÆ

SIVE CANONES SANCTORUM ET BEATORUM PATRUM QUI SARDICÆ CONVENERUNT.

Gentiano Herveto interprete.

Sancta synodus Sardicæ congregata ex diversis pro- vinciiis, desinivit quæ sequuntur.

I. Osius, urbis (2) Cordubæ episcopus, dixit: Non tam mala consuetudo, quam perniciosissima rerum cor- ruptela, est ex ipsis fundamentis penitus extirpanda: ne cui episcopo liceat a parva civitate in aliam migra- re. Ejus enim causæ prætextus est manifestus, propter quem talia tentantur. Nullus enim episcopus adhuc inveniri potuit, qui a majori civitate in minorem trans- ire studuerit. Unde constat, eos ardentia plura habendi cupiditate succendi, et magis arrogantis servire, ut videantur majorem habere potestatem. Placetne hoc omnibus, ut ejusmodi improbitas acerbius vindicetur? Existimo enim eos ne laicorum quidem debere habere communionem. Omnes episcopi dixerunt: Placet omni- bus.

II. Osius episcopus dixit: Si quis autem adeo insanus, vel audax inveniat, ut de iis videatur aliquam as- ferre excusationem, asserens sibi a populo allata esse litteras; clarum est potuisse paucos aliquos mer- cede et pretio corruptos in Ecclesia seditiosem mo- vere, ut eundem utique postulent habere episcopum. Omnino ergo has fraudes et artes puniendas esse existi- mo; ut nemo possit qui est ejusmodi, ne in fine qui- dem laica communionem dignus haberi. An ergo hæc

C 'Ἡ ἅγια σύνοδος ἡ ἐν Σαρδικῇ συγκροτηθεῖσα ἐκ δια- φώρων ἱεραρχῶν, ὥρισε τὰ ὑποτεταγμένα.

α'. Ὁ σίος ἐπίσκοπος πόλεως Κορδοῦθης εἶπεν· Οὐ τοσοῦ- τον ἡ φαῦλη συνήθεια, ὅσον ἡ βλαβερωτάτη τῶν πραγμά- των διαφθορά ἐξ αὐτῶν τῶν θεμελίων ἐστὶν ἐκρίζωται· ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῆ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι. Ἡ γὰρ τῆς αἰτίας ταύτης πρόφασις φανερά ἐστι· δι' ἣν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρεῖται οὐδεὶς γὰρ πώποτε εὐρεθῆναι ἐπισκόπων δεδύνηται, ὅς ἀπὸ μείζονος πόλεως εἰς ἐλαχιστοτέραν πόλιν ἐσπούδασε μεταστῆναι ὅθεν συνίσταται διαπύρρι πλεονεξίας τρόπῳ ὑπεκκαίεσθαι τοὺς τοιοῦτους, καὶ μᾶλλον τῇ ἀλαζονείᾳ δουλεύειν, ὅπως ἐξουσίαν δοκοῖεν μείζονα κεκτῆσθαι. εἰ πᾶσι τοῖνυν τοῦτο ἀρέσκει, ὥστε τὴν τοιαύτην σκαιότητα αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι; ἠγοῦμαι γὰρ μηδὲ λαϊκῶν ἔχειν τοιοῦ- τους χρῆναι κοινωνίαν. πάντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· Ἀρέσ- κει πᾶσιν.

β'. Ὁ σίος ἐπίσκοπος εἶπεν· Εἰ δέ τις τοιοῦτος εὐρίσκειτο μανιώδης ἢ τολμηρὸς, ὡς περὶ τῶν τοιούτων οὕτως τινὰ φέρειν παραίτησιν, διαβεβαιούμενον ἀπὸ τοῦ πλήθους ἑαυτὸν κεκομίσθαι γράμματα· δῆλον ἐστίν, ὄλιγους τινὰς δεδυνῆσθαι μισθῶ καὶ τιμῆματι διαφθαρέντας ἐν τῇ ἐκ- κλησίᾳ στασιάζειν, ὡς δῆθεν ἀξιούντας τὸν αὐτὸν ἔχειν ἐπίσκοπον. καθάπερ οὖν τὰς βραδουργίας τὰς τοιαύτας καὶ τέχνας κολαστίας εἶναι νομίζω, ὥστε μηδὲνα τοιοῦ- τον μηδὲ ἐν τῷ εἴλει λαϊκῆς γούθ ἀξιούσθαι κοινωνίας. εἰ

(1) for. quidam contraria sapiant.

(2) Canones illi non secus atque Africanos latine

fuisse primum editos docet Dionysius Exiguus in præ- fatione ad Stephanum, ep. Salonitanum.